BENEDICTUS DE NURSIA
Nordfrankreich (Paris), 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sexagesimus sextus sine a. indirectum. Postquem dicatur
quinquagesimus cum alleluia. Post quem dicatur centesimus septi
mo decimus. et lxxiiij. inde benedictiones et laudes.
lectio de apocalipsi una ex corde recitetur et Rm. et ambro
sianus. ymnus versus. canticum de euangelio. letania
et completum est. Quinte priuatis diebus matutini agantur

Diebus autem priuatis matutinorum solempnitas
ita agatur. ut sexagesimus sextus psalmus di
catur sine a. subtrahendo modice sicut dominica ut omnes oc
currant ad quinquagesimum psalmum qui cum a. dicatur. post
quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem
idest secunda feria. quintus et tricesimus quintus. Tercia
feria quadragesimus secundus et quinquagesimus sextus
Quarta feria sexagesimus tercius. et sexagesimus
quartus. Quinta feria octogesimus et octogesimus
nonus Sexta feria septuagesimus quintus et nona
gesimus primus. Sabbato autem centesimus et quadra
gesimus secundus. et canticum de utero nonni quod
diuidatur in duas glorias. Nam ceteris diebus canticum
unum quoque die suo ex profectis sicut psallit ecclesia
romana dicatur. Post hec sequantur laudes. deinde
lectio una apostoli memoriter recitanda Rm. ambrosia
num. ymnus versus canticum de euuangelio letania
et completum est. Plane agenda matutina uel vespertina
non transeat aliquando nisi in ultimo ordine. do
minica oratio omnibus audientibus dicatur a priore. propter
scandalorum spinas que oriri solent et conuenti
per ipsius orationis sponsionem qua dicunt Dimitte nobis